



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

[XLIX. Nefaria cuiusdam simulatio castigatur diuinitus.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

pleri videtur. Hac igitur occasione nomen Beati HEINRICI
apud illas nationes in veneratione cœpit haberi.

CAPVT XLIX.

*Nefaria cuiusdam simulatio castigatur
diuinitus.*

Hodam tempore cum non modica multitudo pauperum, variis languoribus oppressa, in Ecclesia Merseburgensi non solum sanitatem corporis; sed & spiritum importunè petens confluxisset: Populus, qui, orationis causa, aduenerat, prout facultas permittebat, vnicuique misericordia manum porrigebat. Vbirusticus quidam è proxima villa, cupiditate fōdens, nervorum contractionem simulauit, & recurvato pede in medio languentium consedit. Quem, dum rei domesticæ cura regredi compulisset, iamque baculo innisus, fisto gressu, extra limen Ecclesie processisset, locum quærerit opportunum, ut pede reflexo, expeditius, quò tendebat, perueniret. Sed D E O, & Beato HEINRICO dignam eius meritis poenam ingerente, misericordiam, quam antè simulauerat, iam dolore irrefragabili, pede natu cohærente, sentiebat. Quid ageret? Pudor, dolorque conflictu pari in eius mente decertabant. Pudor propalare rem gestam prohibebat. Dolor, confiteri cogebat. Vicit tamen timor. Et omnes hæc audientes, grandis apprehendit timor. Hoc itaque indicio cunctis claruit, D E I famulum non solum votis piè quærantium adesse; verùm etiam talia præsumptiis distri&um obesse; sicq; deinceps perfidorum præsumptio talis cessavit.



H 2

CAPVT